

C O N C I L I I   C O N S T A N T I E N S I S

triendo, uel in administrando seu obediendo, & administrantibus fauendo, seu contra interdictum superioris eligendo, uel calumniose allegando metum, etiam ultra prædictas penas, culuscunque status, gradus aut præminentia exstant ecclesiastica uel mundana, sic puniat, ut uindictæ rigor luceat ceteris in exemplum. Ut autem metus seu impressionis molestia in electione papæ eo formidolosius evitetur, quo roti Christianitati lamentabilius corum incusio seu factio perpetratur, ultra prædicta duximus specialiter statuendum, quod si quis huicmodi metum uel impressio nomen aut uiolentiam electoribus ipsius aut alicui ipsorum in electione papæ intulebit, seu fecerit, aut fieri procurauerit, uel factum ratum habuerit, aut in hoc consilium dederit uel fauorem, facientes scienter receptauerit, uel defensauerit, aut negligens in executione poenarum inferius nominatarum extiterit, cuiuscunque status, gradus aut præminentia fuerit, etiam si Imperiali, regali, pontificali uel alia quavis ecclesiastica aut seculari præfulgeat dignitate, illas penas ipso facto incurrat, que in constitutione felicis recordationis Bonifaci papæ octauia, que incipit felicis continentur, illisq; effectualiter puniatur. Cuiitas uero (quod abit) etiam si urbs Romana fuerit, seualia quavis uniuersitas, que talia facient auxilium uel consilium dederit aut favorem, uel infra mensem saltem taliter delinquentem (prout tanti facinoris enormitas exegerit, & facultas ei affuerit) non duxerit puniendum, eo ipso ecclesiastico subsiceat interdicto. Et nihilominus præter dictam urbem pontificali ut supra dignitate priuatus, non obstabit us priuilegijs quibuscunque. Volumus insuper, quod in fine cuiuslibet generalis concilii hoc decretum solenniter publicetur, necnon quam docunque & ubique Romani pontificis electio imminebit facienda, ante ingressum conclavis legatur, & publice intitetur.

¶ Forma de professione papæ facienda.

Quanto Romanus pontifex eminentiori inter mortales fungitur potestate, tanto clarioribus ipsum decet fulciri fidei vinculis, & sacramentorum ecclesiastico rum obseruandis ritibus alligari. Eapropter ut in futurum Romanis pontificibus in suæ creationis primordijs & singulari splendore luceat plena fides, statutus & ordinamus, quod deinceps quilibet in Romanum pontificem eligendus, antequam sua electio publicetur, coram suis electoribus publice confessionem & professionem faciat infra scriptas.

In nomine sancte & individua trinitatis, patris & filii & spiritus sancti, Amen. Anno à nativitate domini millesimo &c. ego N. electus in papam, omnipotenti deo cuius ecclesiam suo praefidio regendum suscipio, & beato Petro apostolorum principi corde & ore profiteor, quam diu in hac fragili uita constitutus fuero, me fit miter credere & tenere sanctam fidem catholicam, secundum traditiones apostolorum, generalium conciliorum, & aliorum sanctorum patrum, maxime autem sanctorum octo conciliorum uniuersalium, uidelicet primi Niceni, secundi Constantinopolitani, tertii Ephesini, quarti Calcedonensis, quinti & sexti Constantinopolitanorum, septimi item Niceni, octauia quoque Constantinopolitanu, necnon Lateranensis, Lugdunensis & Viennensis generalium etiam conciliorum. Et illam fidem usque ad unum apicem immutatam seruare, & usque ad animam & sanguinem confitare, defensare, & prædicare, ritum quoque pariter sacramentorum ecclesiastico rum catholicæ ecclesiæ traditum, omnimode prosequi & obseruare. Hancautem professionem & confessionem meam per notarium scrinariu[m] sanctæ Romanæ ecclesiæ me iubente scriptam, propria manu subscripsi, & tibi omnipotenti deo puramente & devota conscientia super tali altari &c. sinceriter offero in præsenti talium &c. Datum &c.

¶ Ne prælati transferantur inuiti.

Cum